



*Coloſſ. 2. v. 8.*

Videte ne quis sit qui vos deprædetur per philosopham & inanem seductionem, secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi, & non secundum Christum.

*Vers. 16. 17. 18. 19.*

Ne quis igitur vos damnet ob cibum, vel ob potum, aut respectu festi, aut Novi lunij, aut Sabbathorum : Quæ sunt umbra rerum futurarum, at corpus est Christi : Nemo adversum vos rectoris partes sibi ultrò sumat in submissione animi, & religioso cultu Angelorum : pedem inferens in ea quæ non vidit, & temerè inflatus carnis suæ intelligentia. Nequè retinens caput, ex quo totum Corpus per comissuras & connexus suppeditatum & compactum augeſcit Dei augmento.